1458 März 20, Buchenstein. **Nr. 5564**

NvK an Michael von Natz, Kanoniker zu Brixen. Er erteilt genaue Anweisungen über die Bedingungen, unter denen trotz des bestehenden Interdikts würdigen Priestern die Seelsorge gestattet werden könne. Als würdig haben solche Priester zu gelten, die das Interdikt bislang beachteten und auch nicht der Appellation ⟨des Brixner Pfarrklerus⟩ anhingen bzw. sich eidlich und eigenhändig davon distanzierten. Die Erstunterzeichner der Appellation seien hiervon grundsätzlich auszuschließen. Der Vikar von Innsbruck, der sich zur Einhaltung des Interdikts verpflichtet habe, sei nur zur Seelsorge zuzulassen, wenn er seine Zusage erfüllt habe. Michael solle zunächst in Innsbruck bleiben und seine Aufgabe dann dem Abt von Wilten übertragen. Falls nötig, könne er auch die erloschene Dispens zur Absolution in Reservatfällen erneuern.

Kopie (gleichzeitig): Bozen, *StA, Regestum Cusanum (ehemals* Innsbruck, *TLA, Cod. 5672) p. 12; (J. Resch, 18. Jh.):* Brixen, *Priesterseminar, Ms. D 11 p. 139f. (fehlerhafte Abschrift aus Regestum Cusanum).*
Regest: Jäger, Regesten I 315 Nr. 191.
Erw.: Sinnacher, Beyträge VI 459f.; Jäger, Streit I 287f.; Jäger, Landständische Verfassung II 2, 157; Santifaller, Domkapitel 399; Mutschlechner, Cusanus und Eleonore, CGS 262; Mutschlechner, Tiroler Burgen, CGS 286; Vallazza, Livinallongo 112; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 372; Baum, Sigmund der Münzreiche 182.

Venerabili fideli dilecto magistro Michaeli de Nacz, canonico ecclesie nostre Brixinensis.

Eternam salutem. Primo nichil faciatis, nisi habeatis in scriptis responsum, prout addicitur in fine articulorum[1]), cuius copiam mitto. Quo habito, maxime a d. decano[2]), si alii non sunt, placet michi, quod iuxta responsum meum procedatis, scilicet intimando, quod presbiteri ydonei divina continuent. Et declaretis, quod ydonei censeantur, qui servarunt interdictum et non recesserunt ab obediencia per adhesionem et subscripcionem appellacionis.[3])

Eciam placet, ut scribitis, quod illi, qui fuerunt ignorantes, ita quod ignorancia non sit crassa, et de hoc se purgaverint modo, quo vobis videbitur, per iuramentum et promiserint se interdictum apostolicum et ordinacionem servaturos, per vos absolvantur. Et declaretis eis, quomodo istud interdictum sit iuris, quia ego me habeo pro expulso, ut scripsi domino Curiensi et capitaneo[4]) dudum ante congregacionem sacerdotum.[5]) Et quia michi spes data est per d. decanum[6]) etc. de eo, quod componi debeat differencia infra Visitacionis Marie *(2. Juli 1458)*, ideo facio mitem interpretacionem iuris, quasi non sim plene expulsus, interim. Quo ad illos, qui se subscripserunt, servetur forma alias tradita, scilicet, quod, si se excusaverint, quomodo illam ⟨subscriptionem⟩ fecerunt non animo recedendi ab obediencia aut appellandi contra ipsius neque intellexerunt etc., ac quod resilire velint ab appellacione et adhesione et obedire mandatis pape et ordinarii, eciam in sentencia ferenda et interdicto, et hoc sua manu scripserint et iuraverint, tunc illos absolvatis, et quantum in vobis est, rehabilitatis ad divina et curam. Sed nequaquam Anturfer[7]) et alios, qui prius prestiterunt iuramentum, quod in casu, quo auctoritate ordinaria vel apostolica poneretur interdictum, illud servarent, sicud est ille de Colsaß[8]), de Seveldt[9]), de Műnster[10]) et Oxammß.[11]) Verum, si illi se vellent excusare,

---

6 censeantur: *folgt gestr.* cess.

»Acta Cusana« Band II Lieferung 6 (978-3-7873-3850-4), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2020.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

quomodo ignorassent interdictum latum etc., committo consciencie vestre, ut faciatis, que videbuntur.

Vicarius in Insprugk[12]) promisit et sua manu scripsit, quod post medium Quadragesime non se cura intromitteret. Si se intromisit contra suam scripturam, nullo modo committatur sibi cura. Et facite omnia mature et diligenter et taliter, quod iuste, ne volentes complacere hominibus deum offendamus. Et non festinetis reverti de Insprugka, quin expediatis saltim propinquiores. Vobis recedente (!) committimus domino Wiltinensi[13]), ut faciat, sicud prescribitur. Et recommittite me domine ducisse affectuose. In Christo valentes. Raptim ex castro Sancti Raphaelis, lune post „Judica“ 1458.

Vester N. cardinalis Sancti Petri etc.

Item, quia in medio Quadragesime expiravit facultas[14]), quo ad casus reservatos committimus vobis, si videbitur necesse, ut aliquibus illam tradatis ad tempus, sed in omnibus conscienciam vestram graventes etc.

---

1) *S.o.* Nr. 5560 *Z. 53-56.*

2) *Johannes von Sulzbach, Domdekan zu Trient. Er vermittelte damals zwischen NvK und Hz. Sigismund; s.o.* Nr. 5559f.

3) *Appellation des Brixner Pfarrklerus vom 21./22. Februar 1458; s.o.* Nr. 5515.

4) *Brief des NvK an Leonhard Wiesmair, B. von Chur, und Oswald von Säben, Hauptmann an der Etsch, vom 3. Februar 1458; s.o.* Nr. 5480 *Z. 69-74.*

5) *Brixner Klerusversammlung vom 22. Februar 1458; s.o.* Nr. 5517.

6) *Johannes von Sulzbach, Domdekan zu Trient; s. Anm. 2.*

7) *Johannes Antdorfer, Pfarrvikar in Patsch. Er hatte die Appellation vom 21./22. Februar 1458 vorgetragen und die Liste der Appellanten angeführt; s.o.* Nr. 5515.

8) *Andreas Wackerle von Stätz, Pfarrer in Kolsass.*

9) *Ludwig Steger, Pfarrer in Seefeld.*

10) *Martin Nolf, Pfarrer in Münster.*

11) *Johannes Westendorfer, Kleriker der Diözese Freising, Pfarrer in Axams (genannt 1439-1458); s. Trenkwalder, Seelsorgeklerus 515f. Er wird nicht in der Appellation* Nr. 5515 *genannt, dürfte ihr also später beigetreten sein.*

12) *Leonhard Kayser, Pfarrvikar zu Innsbruck. Auch er gehörte nicht zu den Erstunterzeichnern der Appellation* Nr. 5515. *Er hatte sich bereits 1456 vom Papst absolvieren lassen, weil er trotz des Interdikts, das durch die Anwesenheit der gebannten Äbtissin Verena von Sonnenburg ausgelöst worden war, die Messe gelesen hatte. S.o.* Nr. 4865.

13) *Erhard, Abt des Prämonstratenserklosters Wilten. Er war von NvK im Zuge einer Reform 1452 eingesetzt worden; s.o.* Nr. 2970.

14) *Zu Beginn der Fastenzeit übertrug NvK regelmäßig die Absolutionsbefugnis für bischöfliche Reservatfälle auf den Pfarrklerus; s.o.* Nr. 4416 *Anm. 25,* 4666. *Eine undatierte Kopie einer solchen vom Generalvikar Gebhard Bulach ausgestellten Vollmacht findet sich in* INNSBRUCK, *TLA, Sigm. IX 62 f. 167rv (Nr. 115). Vgl. auch ein entsprechendes Formular aus der Diözese Chur; Clavadetscher, Formularbuch 121 Nr. 257.*

»Acta Cusana« Band II Lieferung 6 (978-3-7873-3850-4), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2020.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.